1530. ex 14 8bris

# Ericus Somicio

Reverendissime mi Domine Domine et benefactor Colendissime. Iste Civis Romanviensis actus ea fortuna, qua plerumque mercatores agi solent, impetitur a creditoribus suis, nec in tam violenta urgentique impetitione illis satisfacere potest, unde ad vestram Reverendissimam Dominationem omnium oppressorum Patronum confugit, ut eius ope et benignitate possit istic obtinere literas securitatis sub quarum tuicione colligeret rationes satisfaciendi ipsis creditoribus suis. Itaque commendo illum vestrae Reverendissimae Dominationi, et rogo illam plurimum, dignetur illi Patrocinio suo adesse in obtinendis eiusmodi literis, pro sua excelsa qua saepius oppressis subvenire consuevit virtute et clementia quae diu et felicissime valeat meque gratia sua complectatur. Romaniae die 14. Octobris, Anno Domini 1530.

31